

coram populo ut ambularent post dominum, & ut custodirent praecpta eius, & testimonia eius, et statuta eius in toto corde, & in tota anima, ut suscitarentur. Iuxta Hebreum habetur, ad firmandum verba fœderis huius quæ scripta sunt in libro isto. Renouatio significatur fœderis ad firmandum ea quæ scripta erant in libro Dei: firmandum autem opere, acquicuitque populus. Vide quanti boni causa est bonus princeps.

Præcepit autem rex Chilci iahu sacerdoti magno & sacerdotibus secundi ordinis. Circumlocutio est: nam hebraicè habetur. & sacerdotibus res cœdationis si sic liceat loqui: hoc est sacerdotibus iterum atque iterum succedentibus: per hoc describendo sacerdotes succedentes secundū vices suas iuxta ordinem decretum à Dauidre rege, & ianitoribus. Hebraicè habetur. & custodibus vasorum, seu maliuui. Isti sunt qui superius descripsi sunt superintendentes oblationi pecunie à populo: & iudem modo significantur custodes vasorum domini: & propterea in specie nominantur, tanquam ad quos spectabat cura vasorum domus Dei. ut efferriri facerent è templo domini omnia vasalia Bahali & Iuco & toti militiae cœli: et combustis ea extra Ierusalaim in conualle Cid'ron. Non dicitur in torrente, sed in planicie iuxta torrentem Cid'ron. & tulit puluorem eorū in Beth'el. ut nec puluis remaneret in terra Iudæ: Beth'el enim locus erat prophanus à primo rege Israel idolatria Ieroboham. Et deleuit aruspices. Hebraicè habetur. Et faciet cessare sacerdotes quos dederant reges Iehudæ ad thurificandum in excelsis in cœnitibus Iehudæ & in circumlitibus Ierusalaim. Non dicitur quod occiderit istos, sed quod cū effectu fecit eos cessare ab officio sacrificandi in excelsis. & thurificantes Bahali, soli & luna, & duodecim signis. Superfluit duodecim: significatur tamen signa Zodiaci duodecim. & toti militiae cœli. Et efferrit fecit lucum è domo domini extra Ierusalaim ad torrentem Cid'ron; & combustis cum ibi, & rededit in puluorem: & proiecit puluorem eius super sepulchra vulgi. Hebraicè habetur. super sepulchrum filiorum populi. Suspicio sepulchrum fuisse filiorum consecratorum idolis: ita quod pro veneratione consecrationis habebant sepulchrum commune filii populi, separatum à sepulchris non consecratorum, consecrati autem filii regum propria habebant sepulchra. Tanquam igitur ad prophanum locum proiectus est cinis lignorum luci idolorum. Destruxit quoque adiculas effeminatorum. Hebraicè habetur.

habetur. paratorum. & ut supra diximus, meritorii pueri significatur, quæ erant in domo domini: in quibus mulieres texebant domunculas luce.

Fecit; venire omnes sacerdotes de cœnitibus Iehudæ, & contaminauit excelsa in quibus thurificauerat sacerdotes, à Chebah usque ad Beer'sebah, imitatus Ezechiam regem. & destruxit excelsa portarum quæ erant in introitu portæ Iosie. Corruptum est vocabulum: legendum est, Iehosuah principis cœnitatis. Iste valde magnus erat in ciuitate Ierusalem, & ideo princeps dicitur. Et fit eius specialis mentio ad commēdandam regis magnanimitatem quod nullius personæ ratione habuit: quæ erant ad sinistram viri in porta cœnitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalaim: sed comedebant azima in medio fratribus suorum. Quia polluti erant sacerdotio sacrilegio, ideo priuati sunt ministerio altaris summi Dei, non tamen sunt priuati participatione azymorum quæ solis sacerdotibus concessa erant. Et quia est sermo de azymis quæ suppeditabant inter sancta sanctorum, Leui. ca. 6, hinc habent duo. alterum quod isti sacerdotes non erant priuati portione similæ oblatæ deo, cuius pars cremata erat instar thuris Deo. alterum quod licitum quoque erat istis vesci etiam cum comedentibus hostiam pro peccato: quoniam paris erat sanctitatis. Contaminauit quoque Thopheth quod est in valle filii Hinnon. Hinnon est dictio hebraica anceps ad ardorem vel sonitum: prima tamen determinatio certior est ad materiam ignis per quem transfiabat qui ibi consecrabantur. ut nemo consecraret. Hebraicè habetur, ad non faciendum transfire aliquem filium suum & filiam suam per ignem ipsi Molech. Modus consecrandi describitur: videlicet facere trahere filium aut filiam per ignem idolo Molech. Absulit quoque equos quos dederant reges Iehudæ soli in introitu domus domini iuxta exedram Nethā melech eunuchi, quæ erat in Parawim. Iuxta Hebreū hæc clausula sic habet, ab introitu domus Iehowah ad aulam Nethā melech eunuchi, quæ in latitudinibus. Quæstio an equi isti fuerint naturales an artificiales, solui videtur tum ex loco, tum ex diuersitate actionum. ex his enim insinuatū quod fuerint equi naturales adducti à regibus ad trahendum currum solis. nam currus ipse subiungitur combustus, equi autem ablati: qui si fuissent artificiales, fuissent & ipsi combusti. Extensio quoque loci equorum (videlicet

QVARTI REG.

(videlicet ab introitu domus domini usque ad aulam illius eunuchi in platea) denotat naturales fuisse equos, & ibidem habuisse mansionem ad honorem solis & currus solis combusit igni. Altaria quoque quae erant super tectum canaculi Achaz quae fecerant reges Iehude. Ignotus est nobis locus iste & quorsum. & altaria quae fecerat menasses in duobus ariis domus domini, destruxit rex: & currens inde. Modus quo Iosias tanquam currus iuit ad purgandum loca extra Ierusalem describitur. & proiecere fecit puluerem eorum in torrentem Cid'ron. Excelsa quoque quae erant super faciem Ierusalaim ad dexteram parvum montis offensionis. Luxta Hebreum habetur. montis destructionis, ad literam enim significatur mons oliueti: qui cognominatur destructionis ratione constructus in eo idolatria a Salomone. quae edificauerat Selomo rex Israel Hastroeth idolo Zidoniorum & Chemosh offensioni Moab, et Milch'oh abominationis filiorum Hani'ah polluit rex. Eadem in hebraico textu repetitur dictio quam interpres in idolum & offensionem variavit: & significatur semper idulum, quod abominationis ab hebreis dicitur. Et contrivit statuas & succidit lucos: repletisque loca corrum ossibus hominum. ut prophanius haberetur deinceps locus.

Et etiam altare quod erat in Beth' el in excuso quod fecerat Iacobham filius Nebat qui peccare fecit Israelem, etiam altare illud & etiam excusum destruxit: combusitque excusum, contrivit in puluerem & combusit lucum. Veritatis se Ios' iahu & vidit sepulchra quae erant ibi in monte, misitque, & tulit ossa de sepulchris & combusit super altare. Fecit Iosias quod prædixerat deus tempore Ieroboham. ut clare subiungitur per virum Elohim missum ex Iuda: ut superius in. 3. lib. cap. 13. scriptum est. & polluit illud: iuxta verbum domini quod locutus est vir Dei qui prædixit verba haec. Et ait, quid est titulus iste quem ego video? dixeruntque ei viri ciuitatis. Quanuis rex Assyriorum transtulerit decem tribus in Medos, multi tam qui fugerent evaserunt captiuitate & postea redierunt: & isti sunt ciues Beth' el qui dederunt notitiam Osiae de titulo seu signo quem videbat. signum enim quoddam speciale præ se ferebat sepulchrum illud. sepulchrum est viri Dei qui venit de Iehude. Iterum est nomen Elohim. nescitur enim nomen proprium illius prophetæ, & nominatur semper vir Elohim. & prædixit res has quas fecisti super altare Beth' el. Et ait, dimittite ipsum, nemo moueat ossa eius: & saluata sunt ossa eius cum ossibus prophetæ qui venerat de Someron. Vere diuinauit ille

pseudopro-

CAPUT XXIII.

329

pseudopropheta disponendo ut parceretur ossibus suis, ut ibidem scriptum est. Et etiam omnes domos excusorum que erant in cinitatibus Someron. Obedientibus reliquis Israeltarum Iosiae, extendit zelum suum ad ciuitates Samariæ, quas fecerant reges Israel ad irritandum dominum, ad differetiam ararum quas fecerunt ethnici misi à rege Assyriorum ad habitandum regnum Samariæ, ad illas enim non se extendit Iosias. abstulit Ios' iahu: fecitque eis iuxta omnia opera quae fecerat in Beth' el. Et occidit vniuersos sacerdos. Iuxta Hebreum habetur. Et sacrificauit omnes sacerdotes excusorum qui ibi super altaria. Quanuis litera sonet & intelligi posset quod Iosias inuenierit aliquos Hebreos obstinatos ad sacerdotio fungendum super altaria excusorum, & ipsos super altaria occiderit: ego tamen intelligo sacrificium hoc exponi per subiunctam clausulam, & combustum ossa humana super ea. Ita quod sacrificare sacerdotes qui erat ibi, fuit comburere ossa defunctorum sacerdotum sepulchorum ibi super ipsa altaria. hoc enim in detestationem altarium & sacerdotum fiebat, & appellatur sacrificare secundum similitudinem. Et hic sensus magis quadrat temporis illi quo regnum Samariæ subiectum erat regi Assyriorum: nec permisissent incolæ quod rex Iudea occideret habitatores terræ in ipso regno Samariæ: sed quod expurgaret veteres cultus contrarios cultui summi Dei gratum erat alienigenis cuiuslibet propitiū habere deum terræ, ut superius cap. 17. scriptum est. reuersusque est in Ierusalaim.

Præcepitque rex toti populo dicendo: facite Pesach domino Deo vestro secundum quod scriptum est in hoc libro fæderis. Non enim factum est Pesach tale à diebus iudicium qui indicaverunt Israel: & omnibus diebus regum Israel & regum Iehude. Non dicitur, non est factum Pesach absolute, sed Pesach sicut hoc: qualitas enim præcipua commendatur non substantia sacrificij nec quantitas populi. In quo autem consistebat ista qualitas, scriptum non est. Ni si decimo anno regis Ios' iahu, factum est Pesach hoc domino in Ierusalaim. Et etiam Pythones & Hariolos & Theraphim & idola & omnes abominationes vias in terra Iehude & in Ierusalaim, abstulit Ios' iahu: ut statueret verba legis quae scripta sunt in libro quem inuenit Chilci' iahu sacerdos in domo domini. Similisque ei non fuit ante eum rex qui reueteretur ad dominum in toto corde suo & in tota anima sua & in tota virtute sua, iuxta totam legem Mosis: & post eum non surrexit similis ei. Quæstio sta-

Te tim

QVARTI REG.

tim oritur: quia in cap. decimo octavo scriptum est quod post Ezechiam non surrexit rex illi similis. Solutio est quod virū que verifierat diuersimode. Ezechias enim præfertur cunctis regibus Iudæ quo ad actiones permissas tollendas ad honorem Dei: primus enim abstulit sacrificia extra templum Dei & cultum serpentis ænici. Iosias autem præfertur cunctis regibus quo ad studium seruandæ legis diuinæ simpliciter & absolutè: ut textus clare sonat. Veruntamen non est auctor dominus ab ira furorū sui magni, quo iratus est furor eius in Iudeam: propter irritationes quibus irritauit eum Menasses. Dixitq; dominus: etiam Iehudam auferam à facie mea sicut abstuli Israel, & reprobabο ciuitatem hanc quam elegi Ierusalaim, & domum de qua dixi, erit nomen meum ibi. Diffinitio diuina de electione Iudæ significatur, non obstante electione Ierusalem & templi ibidem.

R eliquum autem verborum Ios' iahū & omnia quæ fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierū regum Iudea? In diebus eius ascendit Parho Necho rex Aegypti contra regē Assur iuxta flumen Euphratēm: & iusit rex Ios' iahū in occusum eius. Historia hęc latius scribitur in trigesimo quinto cap. secundi paralipomenon: ubi tractabitur de causa occusus istius. & occisus est in Megiddo. Mirabilia sunt iudicia Dei in tam sancto viro. cum vidiisset cum hoc est in primo congressu. Et leuauerit eum serui eius mortuum de Megiddo & perulerunt in Ierusalaim, & sepelierunt eum in sepulchro suo: tuncq; populus terra Ieho' achā filium Ios' iahū, & vxerunt eum, & regem constituerunt eum pro patre eius. Cum iste Ioacham non esset primogenitus (vt testatur collatio etatū ipius & fratris: nam ipse vigintitriū annorum erat, frater autem vigintiquinque vt in hoc capitulo subditur) nescitur causa quare populus constituerit regem minorem omisso primogenito. subiuncta tamē causam innuunt nunç nunc declarandam.

F ilius vigintiū annorum erat Ieho' achā cum regnare cœpit, & tribus mensibus regnauit in Ierusalaim: & nomen matris eius Chamutal filia Iirmé' iahū de Libna. Fecitq; malum in oculis dominii: iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitq; eum Parho Necho in Rib'la in terra Chamath. Aiunt Rib'lam esse Antiochiam. rex enim Aegypti viator contra regem Assyriorum subegit Syriam: & ex Antiochia acceruit loacham regē Iudea, ibiq; vinxit eum. ne regnaret in Ierusalem. iuxta Hebraū habetur.

CAPVT XXIII.

338

habetur. in regnare Ierusalaim. Causa vitiorū narratur, quia auctor est regnare in Ierusalim. occiso siquidem Iosia & profligato exercitu eius ab ipso Pharaone, cest nullum debuisse usurpare sibi regium titulum regni Iudæ sine gratia ipsius Pharaonis: & propterea vinxit loachā, priuās cum regno, libertate & patria. Et hinc innuitur q; primogenitū prudētior recusauerit succedere in regno, cum vidi patre occiso & exercitu suo patria oportere subiici regi victori: & propterea præceps populus tulerit loacham & constituerit illum regem. & imposuit multam terrę, centum talentā argenti & talentum aurī. Non solum puniuit regem, sed etiam puniuit populum. Regemq; constituit Parho Necho El'iacim filium Ios' iahū pro Ios' iahū patre eius. Et hæc constitutio primogeniti Iosiae in regem, quadrigat dictæ causæ rationi enim cōsentaneum fuit, vt primogenitus qui abstinuerat à regno deferens Pharaoni viae, ab eodem erigeretur in regem. & verit nomen eius Ieho' iacim. vt hinc tāquam creatura ipsius Pharaonis noua, ex novo nomine haberetur, tūlitq; Ieho' achā, & venit in Aegyptum & mortuus est ibi. Argentū autem & aurū, impositum à Pharaone super terram Iudea in peccā, vt paulo superius scriptū est, dedit Ieho' iacim Parhoni, veruntamen estimare fecit terram ad dandum argentum ad imperium Parhoni: vir iuxta affirmationem eius exigit argentum & aurum à populo ad dandum Parhoni Necho.

F ilius vigintiū annorum erat Ieho' iacim cum regnare cœpit, & undecim annis regnauit in Ierusalaim: & nomen matris eius Zebida filia Peda'it de Ruma. Fecitq; malū in oculis dominii: iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

CAPVT XXXIV.

N diebus eius ascendit Nebu'chadnezar rex Babel: Quoto anno regni eius fuerit aduentus iste regis Babylonis, non est perspicuum: quia nescitur quantum temporis fluxerit inter defectionem Iosacim à rege Babylonis & mortem eius. & fuit ei Ieho' iacim seruus tribus annis. Inuitus Iosacim fecit se tributarium regi Babylonis, qui prævaluerat aduersus regem Aegypti in regione Syria, & rursum rebellauit contra eū. iuxta Heb' habet. & reuersus est & rebellauit in eum, reuersus quidem ad devotionem regis Aegypti, rebellis autē à rege Babylonis. Immisitq; ei dominus: Quāvis subiunctæ excusiones ordinatæ fuerint à pfectis regis Babylonis in regione Syrie, scriptura tamē primā causam tāgit

Ti ij diuinam

QVARTI REG.

diuinam iustitiam. latrunculos Chaldaorum & latrunculos Syriae, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Hammon, & miserit eos in Iehudam ad disperdendum eum: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu seruorum suorum prophetarum. Quater repetitur dictio interpretata latrunculos, quæ Latinè sonat societas. Ita quodd missæ dicuntur societas quatuor nationum: quarum quia prima est Chaldaeorum, insinuatur quod præfeti Chaldaeorum mouerint reliquas aduersus Ioacim rebellem. Factum est autem hoc per verbum domini contra Iudam, propter peccata Menasse & omnia quæ fecit. Hebraicè habetur. Tantum iuxta os Iehonah fuit in Iehudam ad remouendum à facie sua: in peccatis Menasse, sicut totū quod fecit. Narrat author quod quicquid mali euenerit Iude, fuit propter verbum diuinum prophetarum ore prolatum propter peccata Menassis. Et etiā propter sanguinem innoxium quem effudit, & impieuit Ierusalaim sanguine innoxio: noluitq; dominus parcere;

Reliquum autem verborum Ieho' iacim & omnia quæ fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Iehudæ? Et dominus Ieho' iacim cum patribus suis, pessimis. Omituntur autem hic multa & specialiter modus mortis & sepulturae, nam occisus est & inhumatus, iuxta verba Ierem. cap. 22. sepultura asini sepelietur. & regnauit Ieho' iachin filius eius pro eo. Adverte prudens lector ac scriptor differentiam inter nomen patris ac filii: ut nomen patris terminetur per m, filij vero per n, ut ille Ioacim, iste Iochin scribatur & nominetur. & ultra non addidit rex Aegypti ut egredetur de terra sua: tulerat enim rex Babel à torrente Aegypti usque ad fluminum Euphratem, totum quod fuerat regis Aegypti. Omnis ablata spes regibus Iude confidet in rege Aegypti, narratur.

Filius decem & octo annorum erat Ieho' iachin cum regnare cœpit, & tribus mensibus regnauit in Ierusalaim. Adolescentulus iste tribus tantum mensibus regnauit: & ratio subiungitur, quia Ierusalem obseissa est à Chaldeis ita quod rex Babilonis venit personaliter. & nomen matris eius Nechotha filia El' nathan de Ierusalaim. Fecitque malum in oculis domini: iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

In tempore illo ascendebunt serui Nebu' chadnezar regis Babel in Ierusalaim: & circundata est ciuitas munitionibus. Venitque Nebu' chadnezar rex Babel contra ciuitatem: & serui eius obsidebant eam. Egressusque est Ieho' iachin rex Iehudæ ad regem Babel ipse

& ma-

CAPVT XXIIII.

331

& mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius. Consilio acquiescēs Ieremie prophetæ dedidit se discretioni regis Babylonis. & suscepit eum rex Babel anno octauo regni sui, proculdubio regis Babylonis. Et eduxit inde omnes thesauros domus domini & thesauros domus regi: & concidit omnia vas aurea que fecerat Salomo rex Israel in templo domini, sicut locutus est dominus, ne putares ex improviso absque propheticō sermone spoliatum fuisse templum summi Dei. Et transfluit omnem Ierusalaim & omnes principes & omnes potentes fortitudine decem millia in captiuitatem. Hæc est prudens lector quæ vocatur transmigratio Babylonis. & omnem artificem & inclusorem. Parui refert quod hebraicè habetur. & facientem claudere, non est enim perspicuum an significetur specialis ars (puta aurificum claudentium gemmas in auro, ad insinuandum quod omnes artifices rerum non necessariarum pauperibus translati sunt) an significetur quilibet habens facultates indigentes clausura ad custodiā, ad insinuandum quod qui liber habens aliquid concupiscibile indigens speciali custodia translatus est in Babylonem. Ad quod magis explicandū subiungitur, non remansit nisi paupertas populi terra. Transfluitque Ieho' iachin in Babel: & matrem regi, & vxores regis, & cunctos eius, & fortis terra duxit in captiuitatem de Ierusalaim in Babel. Et omnes viros fortitudinis septem millia, & artifices & inclusores mille. Aduerte prudens lector paulo superius numerum totius captiuitatis scriptum esse decem millia: hic autem declaratur quod illorum decem millium erant septem millia virorum exercitus & mille artifices & inclusores. Deinde immediatè subditur vniuersalis, omnes potentes bellatores, ad insinuandum quod nullus relietus est vir potens ad bellum. duicitque eos rex Babel captiuos in Babel. Et constituit Mathathia. Hebraicè habetur. Et fecit regnare rex Babel Matthan' iam parvum eius pro eo. Quantulumcunque attenuatum immo destructum regnum dedit patruo Iochin, fratri scilicet patris eius: & sic tres Iosia filii fuerunt reges. impositaque ei nomen Zedechiā. Hebraica dictio est Zedechias, composita ex tribus dictiōibus: sonat enim, iustitia mea deus. & componitur ex Zedech (quod est iustitia) cum pronomine mea, & Iah quod est nomen Dei. Imposuit autem hoc nomen rex Babel regi Iude, ut proprium nomē iugiter reuocaret illi in memoriam seruare fidem quam iureturando per nomē sum-

Tt. iiiij mi

QVARTI REG.

mi Dei promittebat, vt semper hanc iustitiam pre oculis haberet. Quāuis etiam iustitia hæc referti possit ad committam vindictam si imitaretur perfidiam fratris sui Iacob.

Filius viginti & viiius amorum erat Zidcs' iahū cum regnare coepit, & vndecim annis regnauit in Ierusalaim: & nomen matris eius Chamutal filia Iirmé iahū de Libna. Fecitque malum in oculis domini: iuxta omnia que fecerat Ichō' iacim. Irascebatur enim dominus. Hebraicē habetur. Quia superfuror Ichouah fuit in Ierusalaim & in Iehudam, quousque fecit proicere eos à super faciem suam. Ratio iniquorum regum redditur excellens furor diuinus tunc vigens donec exterminaret Iudam. Vbi duo discimus alterum quod diffinita iustitia diuina inter alias personas etiam hac vtitur, quod permittit regnare impios: sic enim impletur mensura scelerum prouocantium vindictam. Alterum quod ipse progressus ad vindictam appellatur superfuror Dei, tanquam sit furor superior appositus ad vindictam exequendam, humano enim more diuina describuntur. recessisque. Hebraicē clare habetur. & rebellavit Zidcs' iahū in regem Babel. paruppendens proprium nomen.

CAPUT XXXV.

Et fuit in anno nono regni eius mense decimo, decima die mensis venit Nebu' chadnezar rex Babylone & totum robur eius contra Ierusalaim. Multa hic omittuntur quæ apud Ieremias leguntur: describitur autem tempus obsidionis Ierusalaim. & circundederunt eam. Parui refert quod Hebraicē habetur. & castranatus est super eam Ierusalaim. & extruxerunt in circumitu eius munitiones. Dicitio hebraica interpretata munitiones, aneps est ad turrim vel vallum. subiuncta tamen longa obsidio à nono vñque ad vndecimum annum, suadet ut inrelligamus constructum vallum in circumitu Ierusalaim: vt nullus posset inde exire liber, nullusque posset ad eam ire, vt vel sic fame periret. Et clausa est ciuitas atque vallata. Iuxta Hebraicū habetur. & venit ciuitas in obsidionem, vñque ad vndecimum annum regi Zidcs' iahū. Hinc pater quod tempus ultimæ obsidionis describitur.

Nona die mensis. Subintelligendum est quarti. nam & cap. 39. & cap. vlt. Ierem. explicatur nona dies mensis quarti. Et quia clausula hæc non iungitur præcedentibus, sed sequentibus, ideo non significatur mensis quartus anni vndecimi

Sed-

CAPUT XXXV.

332

Sedechias, sed significatur mensis quartus in decursu anni. Et quia tres menses primi constituunt ver, quartus mensis initium est æstatis. Nono itaque die mensis inchoantis estatem capta describitur Ierusalem vndecimo anno regni Iudechiae, decimo octavo autem anno regni Nabu' chadnosor: vt ex ultimo cap. Ieremias insinuat, preualuit famæ in ciuitate: nec fuit panis populo terra. Causam quare capta est ciuitas narratur famæ. Et quia appellatione panis quilibet cibus in sacra scriptura nominatur, defectus omnis cibi significatur. Et verè defecit: nam vt Ieremias in Threnis scribit, manus mulierum misericordium coxerunt filios suos & facti sunt illis in cibum. Erupta est ciuitas. Impotentes amplius tolerare famem, ruperunt ciuitatis murum vel ianuas vt dedicatio fieret ciuitatis. hæc ruptio die supradicto effecta est. & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam porta quæ est inter duos muros qui sunt ad hortum regis. Superfluit fugerunt. Tempus nocturnum describitur quo erupta est ciuitas, & omnes bellatores cum rege collegerunt se inter duos muros in via super hortū regis, porro Caldaei obsidebant in circumitu ciuitatem. Hinc insinuat quod ciuitas est erupta non à Chaldais, sed ab obessis. nō enim describerentur Chaldaei in circumitu descripta ciuitate erupta & fuga bellatorum ac regis quæ subiungitur sine vlla clade aut pugna, si ipsi Chaldaei rupissent ciuitatem: sed ideo commemorantur in circumitu vt intelligamus ipsos vidisse tam fracti ciuitatē quam fugientes. fugit itaque Sedechias per viam quæ ducit ad campistria solitudinis. Iuxta Hebraicū habetur. & iuit via planicie. Et proculdubio de rege est sermo, vt testantur subiuncta: videbilet quod exercitus Chaldaeorum persecutus est regem, & quod apprehenderunt eum in campistribus Iericho. Et persecutus est exercitus Chaldaeorum regem, & comprehendit eum in campistribus Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt & reliquerunt eum. Hebraicē habetur. & omnis exercitus eius dispersus est ab eo. Hinc habetur quod cum exercitu suo fugit nocte Sedechias: alioquin non scriberetur sparsum fuisse ab eo exercitum eius, narrando apprehensionem fugientis à persecutoribus factam. Apprehenderuntque regem, & ascendere fecerunt eum ad regem Babel in Rib'lam. Hinc habetur quod i protracta diutius obsidione rex Babylonis nō māsit in obsidione, sed iuit in Antiochiā, qui locutus est.

Tt iiiij Parui

Parui refert quod hebraicè habetur. & locuti sunt cum eo iudicium. ut intelligamus indignum habitum conspectu regis Babylonis. & à ministris iustitiae damnatum. Filiisque Xidci' iahhu iugulauerunt in oculis eius. & oculus Xidci' iahhu effodit. & vinxit eum compedibus & adduxit eum in Babel.

Mense autem quinto septima die mensis (ipse est annus decimus nonus regis Nebu'zardazar regis Babel) venit Nebu'zardazar. Concordant Ieremiæ verba cap. vlt. nisi in numero dierum: quoniam ibi scribitur decima die mensis, hic autem septima. Solutio est quod cum tam hic quam in Ieremia parrentur duas actiones sub eodem tempore (videlicet & aduentus Nebu'zardazar & combustio templi) potest intelligi quod die septimo Nebu'zardazar ad comburendum venerit, die autem decima combusserit. Potest & nihilominus alter intelligi: videlicet quod die septima venerit & ordinauerit & inchoauerit saltem appositione materia cōbūstionem, die vero decima fuerit solennis combustio: vel quod die septimo templum incepit comburi, & die decimo perfecta est combustio. Mensis autem quintus proculdubio est quintus anni mensis, in quo viget ætas. Et quia eodem anno combustum intelligimus templum quo capta est Ierusalem, unus tantum mensis fluxit à tempore quo capta est ciuitas (videlicet à die nona mensis quarti) usque ad tempus combustoris templi, videlicet diem septimam seu decimam mensis quinti. Et quia ille mensis erat conterminus anni decimocattau & anni deciminoni regni Nabuchodonosor, ideo apud Ieremiā uterque annus nominatur: decimus nonus quidem die combustionis templi, decimocattau autem in translatione octingentiarum & trigintaduarum animarum primum enim emisit illos Nebu'zardazar, & deinde combusserit templum &c. princeps exercitus. Iuxta Hebreum habetur. princeps laniorum seruus regis Babel in Ierusalaim. Et ne s̄e oporteat in hoc capitulo repetere, corrigo sic semper titulum Nebu'zardazar: quia semper cognominatur princeps laniorum. Intelligo tamen significari nō laniantes carnes macelli, sed lanios hominum: ita quod ad terrorem aliorum suos milites appellabat lanios & se principem laniorum. Vel princeps laniorum nomen est officii praesidentis ministris iustitiae regie in criminalibus: nam simili titulo apud Aegyptios insignitus erat ille in cuius carcere erat Ioseph. & hic sensus complectendus est

est ad literam: vt hunc praesidentem intelligamus missum à rege Babel ad exequadam iustitiam contra Ierusalem rebellem. Et combustum domum domini & domum regis & domos Ierusalaim. Deficit omnes ita quod narratur combustas fuisse omnes domos Ierusalem: & deinde adiungitur. & omnem domum magnam combusti igni. quod sonat combustas quoque fuisse magnas domos extra Ierusalem quasi suburbanas. Et muros Ierusalaim in circuitu, destruxit totus exercitus Chaldaeorū qui erat cum principe laniorum. Penitus inhabitabilem effecit Ierusalem, destructis muris & combustis domibus vniuersis. Residuum autem populi qui remanerat in ciuitate, & trans fugas qui transfugerant ad regem Babel, & residuum multitudinis transiit Nebu'zardazar princeps laniorum. Et de pauperibus terra reliquit princeps laniorum vinitores & agricolas. vt nec homines remanerent intus vel extra, nisi habitantes in vincis & agris pauperes cultores agri & vinearum, qui labore rustico manuum suarum vivit.

Columnas autem areas que erant in domo domini & bases & mare areum quod erat in domo domini, confregerunt Chaldae: & tulerunt as eorum in Babel. Et ollas & scopas & fuscinulas & cyathos & omnia vase area in quibus ministrabant, tulerunt. Et palas et malassis (que aurea aurea, & que argentea argentea) tulit princeps laniorum. Columnas duas, mare unum & bases quas fecerat Salomo in domo domini: non erat pondus eis omnium vasorum istorum. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una, & capitellum areum super se altitudinis trium cubitorum, & retiaculum & malgranata super capitellum columnæ, omnia area. Iuxta Hebreum habetur. Octo & decem cubitorum altitudo columnæ unius, & corona super eam area: & altitudo corona trium cubitorum, & rete & malgranata super coronam in circuitu omnia area. Hæc ideo annotauerim ut perpendatur quod hinc primū habetur quantitas partium coronæ quæ erat super columnam, in tertio siquidem libro cap. 7. scripta est quantitas totius coronæ quinque cubitorum secundum altitudinem: sed cum corona distincta esset in partes duas (inferiorem & superioriem) parsq; inferior esset in forma circuli lati, quemadmodum etiam coronæ habent partem inferiorem circularem, pars vero superior esset per modum retis, non fuit ibidem scripta quantitas certa istarū partium, sed hic scribitur quod pars superior erat altitudinis trium cubitorum: & consequenter pars inferi-

ferior erat duorum cubitorum. Ita quod nomine coronæ significatur hic pars superior quæ distincta erat per retia & cænchas cum malogranatis. rationi siquidem consentaneum est ut latus circulus minor sit superiecio ornamento tot zonarum. similem & columnæ secunda habeat ornatum.

Tulit quoque princeps laniorum Sera'iam sacerdotem primum, & Zephani'ahu sacerdotem secundum: & tres ianitores. Iuxta Hebræum habetur. & tres custodes vasorum, de quibus superius habitus est sermo. Et de ciuitate tulit enuchum unum qui erat prefectus super viros bellatores, & quinque viros ex videntib[us] faciem regis qui inueniuntur in ciuitate, & Sopher. Hebraicè habetur. & scriban principem exercitus. Non est nomen proprium, sed nomē officii, qui probabat tyrones de populo terra. Hebraicè habetur. facientem exercitare populum terra. Ad declarandum qualis erat principatus scribæ in exercitu, dicitur quod ipse faciebat exercitare populum terra. Hac est quod ipsi cura demandata erat super iuuenium exercitationem, ut essent idonei ad exercitum. & sex viros è vulgo. Iuxta Hebræum habetur. & sexaginta viros de populo terra qui inueniuntur in ciuitate. omnes enim prænumerati erant alicuius qualitatis: & propterea missi sunt in Antiochiam ad regem. Taliisque eos Nebuzar'adan princeps laniorum: & ire fecit eos ad regem Babel in Rib'lam. Percusitq[ue] eos rex Babel & interfecit eos in Rib'la in terra Chamath: & translatus est Iehuda de terra sua. Et populo qui remanserat in terra Iehuda, quem remanere fecerat Nebuchadnezzar rex Babel: præfecit Ghedal'ahu filium Achicam filii Sapian. Destructa penitus Ierusalem, relictus est aliquantus populus in reliquis partibus Iudeæ: & istis præfectoris est Godolias.

Audierunt autem omnes principes militum ipsi & viri qui erant cum eis quod præfectoris rex Babel Ghedal'ahu, isti sunt qui dispersi fuerat Chaldaicis persequentibus Sedechiam regem. & venerunt ad Ghedal'ahu in Mispam. Nomen est ciuitatis in qua residebat Godolias. & Iismahel filius Netban'ie & Iochanan filius Careach & Sera'ia filius Than'chumeth Nethophahites & Iaazan'ahu filius Mahabathi, ipsi & viri corum. Iuravitq[ue] ei Ghedal'ahu & viri coru[m], & dixit ei: ne timeatis servire Chaldaicu[m], manete in terra et servire regem Babel, et bene erit vobis. Et fuit in mense septimo, à præfectura Godolias, venit Iismahel filius Netban'ie filii Elisanah de semine regni & decem viri cum eo, & percusserunt Ghedal'ahu & moriuerū est: Iehuda & que et Chaldaicu[m]

qui

qui erant cum eo in Mispam. Surrexitque totus populus à prælio vsque ad magnum & principes militum, & inerunt in Aegyptum: quia timuerunt à facie Chaldaicorum. Historia hæc latius scribitur apud Ieremiam à 40. cap. vique ad. 44. tum de occidente proditoria ista: tum de recessu populi in Aegyptum propter timorem Chaldaicorum, ne in eos sœuissent, eo quod præfectus occisus fuerat.

Et fuit in anno trigesimo septimo transmigrationis Iehu'achis regis Iehuda, in duodecimo mensis, & Iulii septima die mensis. Impositurus finem historiæ natus Neba'ioth, & Cœlār & Adquid euenerit Iaochin regnum, Massa Chada & Thema, Icarat se discretioni regis Bæti filii Iiznahelis. Et filii Cetura conBabel in anno quo regnare iordan & Ioscan & Medan & Mid'ian domo carceris. Nouus rex q[uod] Ioscan Seba & Dedan. Et filii Dafertus est Iaochin regis eius & Leummim. Et filii Mid'ian filium Ieremias propheta Noch, & Abidah & Eldaha: omnes est cum eo bona: posuitq[ue] jam autem Abrahām Iizchac: filii Iizchac cū eo in Babel. Mutantq[ue] Iau, Eliapham, Rehu'el & Iehu's & in conspectu eius omnibus dipham, Theman & Omar, Zephia & nona cōtinua dabatur ei à regh & Hamalec. Filii Rehu'el, Na-tæcius. Vtrunq[ue] datum exira.

mensa regis, & defuncta est bal & Zibbon & Hana, & Dison domus eius. Et sic finitur liChori & Homan, & soror Lotan

XVI. Decembri. M. DManachai & Hibal, Sephi &

Filiis Hana Dison: & filii Dia-

cheran. Filiis autem Ezer,

& Aran.

Iam, antequam